Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uita eterna recuperatur, Ait enim: puluis es et in 55
puluerem reuerteris: qd alia translatio manifestius
ponit: terra es et in terram ibis. Primus homo ita con
ditus fuit ut manente illo decedere non tempora
necum temporibus ipse transiret, Stabat enim momentis
decurrentibus: quia nequaquam aduite terminum per in-
crementa tendebat; at ubi uetitum contigit mox offen-
so creatore coepit ire cum tempore. et ideo audiuit terra
es et in terram ibis. Statu uidelicet Inmortalitatis amis-
so cursus eum mortalitatis absorbuit, Et dum in iuuen-
tute ad senium a senio traheretur ad mortem. Transe-
undo didicit stando quid fuit. cuius nos quia de propa-
gine nascimur radicis amaritudinem quasi in uirgul-
to retinemus. quia dum infantia ad pueritiam ad ado- puerita
lescentiam. adolescentia ad iuuentutem. Iuuentus
ad senectutem. senectus transit ad mortem. sic suis aug-
mentis ad detrimenta inpellitur, Et comedes herbas 55
terrae et rl. Hic ostenditur: quia hominibus ante di
luuium non carnes sed herbe fructusque arborum date
sunt ad edendum, Hinc est qd quidam sapiens uer-
sibus alludens ait, Felix nimium prior aetas. conten
ta fidelibus aruis. nec inerti perdita luxu. faciliq
sera solebat ieiunia soluere glande. Hic quoque